

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis

Jonston, Jan

Amstelodami, 1661

Caput VIII

urn:nbn:de:bsz:31-97032

piti infirmi suppositum, somnum illi conciliat; rasum cum melle ventris fluxum sistit; adustum lethargicos excitat. In Aegypto quinos foetus parere dicuntur. In causa est Nili aqua, quæ sterilibus & inopibus lactis propinatur. Syrii revolutionem indicant. Nam quoties cum Sole oritur, in ortum conversæ respiciunt. Plutarch. In Africæ parte tonsiles sunt, & ex villis eorum fiant rudentes: pluvias præsentient Lybicæ. Nam ut extra Caprile processerunt, concitato cursu ad passionem accidunt, mox ad stabulum convertuntur. Elian. Gymanteæ sex non bibunt mensibus, sed mare intuentes, ore hiantes auras excipiunt, inde levatur fatis. Mambriva fert equitantem, sellam & frenum admittit; ad terram illi auricula demissæ, cornua revoluta sub ore: Gesn. l. 1. *Quadrup. Sylvestres* in Lybia boum commemorantur magnitudine, tam agiles, ut in distantissima saliant cacumina, tanta membrorum duritie, ut nec frangant cornua, nec caput diminuant delapse. Elian. l. 14. c. 16.

CAPUT VIII. DE CASTORE & COLO.

MORSU potentissimum *Castor* animal est, non prius concursum laxat dentium, quam ossa concrepuisse audiverit. Plin. Anseris illi posteriores pedes, simiæ priores. Squammoso corio præpinguis tegitur cauda, gubernaculi vice pisces cum persequitur. Noctu prodit ex latibulis, & amputatis arborum ramis circa fluvios, casas cum superiore tabulato construit, in his crescente aqua habitat. Albert. Resecti, maxime placent, uni resupinato inter crura deponuntur. Compunit hic ne dilabuntur, cauda ad casas trahunt reliqui. *Colus quadrupes fera*, est apud Scythas & Sarmatas, magnitudine inter cervum & arietem. Albitat corpore, cursu valet. Natibus potum ad caput trahit, per aliquot dies retinet, adeo ut per carentes aquis agros pabulum facile carpat. Strab. l. 7. Obam-

Obambulant quingenti interdum, at circa festum Paschatis duo millia simul conspiciuntur. Effodiunt in Martio herbam, hujus odore suam excitant Venetem, ista exhausta resolutis nervis per diei spaciū semimortui jacent, gustata alia sibi restituuntur. *Gesn.*

C A P U T IX. DE CATO & CUNICULO.

Cato oculi tam acuti, ut nec in tenebris quicquam fugiat. *Alb.* Felis vero Ægyptii maris, ad Solis rationem, variata pupillas, observatum est. Longæ sunt in ortu, rotundæ meridie, declivum Sol cum speat, obscurantur. *Gellius.* Supinus plerumque ludit, undique ut circumspiciat. Abscisus auticulis domi detineatur facilius. Guttas enim, auticulis apertis illabentes, sustinere non potest. Pilus ejus in os hominis si inciderit, inhæret. Hinc aggesta materia struma tum acquirunt. In Malabar provincia, inquit *Scaliger*, felis sunt agrestes in arboribus agitantibus; de eorum celeritate proditum est, saltu potius valere: peculiariter volatus, idque quod magis mirum est, sine aliis. Membranam ab anterioribus pedibus ad posteriores usque productam tendi; quam dum quiescunt, ad alium contrahunt. Vbi volare instituant, pedum curvumque agitazione, protenta collectaque membrana, tum sustinuntur, tum feruntur, mirabilisque est earum tanquam per aërem currentium species. Cuniculi in Baleatibus abundant, inde segeti & campis noxa. *Solin.* Omnis mensa patiunt, nec cæcos, statim à partu impletur, ubera quamvis siccante fœtu. *Tlin. l. 10.* Lac statim à partu fœmina non habet, priusquam per sex horas cum mare fuerit, avenæ deinde exceperit grana. *Gesn.* de Quadrup. In nova Albione talpas pedibus, caudâ glites referunt, habentq; ab utroque latere sacculum in quem postquam saturati fuerint, reliquias recondunt. *Lassius l. 6.* Amer. c. 20.

C A

QU

C

D

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C